

1. Visig. (Antiqua)
II, 1. 21.

testes interroget, deinde in scripturas requirat, ut veritas possit certius inveniri, ne ad sacramentum facile veniatur.

Hoc enim iustitiae potius indagatio vera commendat, ut scripture ex omnibus intercurrent et iurandi necessitas sese omnino suspendat.

In his vero causis sacramenta praestentur, in quibus nullam scripturam vel probationem seu certa iudicia veritatis discussio iudicantis invenerit.

1. Bai. IX, 17.

veraciter, ut eum veritas latere non possit, nec facile ad sacramenta veniat.

Hoc autem volumus inter Baiuvarios in perpetuum custodire, ut causam investigatam et veraciter inventam apud iudicem sit iudicata, nulli liceat iurare, sed sicut iudicatum est cogatur exsolvere.

In his vero causis sacramenta praestentur, in quibus nullam probationem discussio iudicantis invenerit.

1. Alam. XLIII.

vel quattuor testibus, aut de homicidio aut de furto aut de aliquo neglecto, quod illi testantur qui boni testimonii sunt in plebe, non per iuratores nec fallaces nec pecuniarum acceptores, sed veraces, cognoscat hoc iudex: tunc licentiam ille homo qui mallatus ante iudicem de causa illa potestatem iurandi non habeat, sed, sicut lex habet, in hoc iudicio persolvat, ut sua nequitia alii qui volunt Deo esse non periurent nec propter culpam alienam semet ipsos perdant.

Testes enim qui iam convictus fuit, quod mendacium semel aut bis aut ter testificasset, amplius ad testimonium non requiratur.